FLORUS LUGDUNENSIS. RUPERTUS TUITIENSIS

Zwettl, Ende 12. Jh. Seite 152r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



stratum est. Si res ipa scil' sacramenta
incarnationis. passionis. et resurrec
tionis sue quorum illa exemplaria fuerunt.
uerbum ipm pala describi tunc iussisset.
quis portare potuisset. Vt de multis
unum exempli gratia ponam. illud quod in
deuteronomio talit dictum est. et erit ui
ta tua quasi pendens ante te. et non cre
des uite tue. si paulo manifestius dici pla
cuisset. quis tunc portare potuisset.
Ysaiam serratum esse accipimus. quasi iusto
et legitimo iudicio dampnatum. eo quod dix
erit. uidi dnm sedentem super solium excelsum.
Contrarius enim ipo dno in hoc dicto esse
iudicatus est. quia de se met ipo dixit. non
enim uidebit me ho et uiuere potest. Si
ergo ille ab hominibus dampnatus est quia
dixit. uidi dnm sedentem. quid fieret de moy
se. si uero dixit erit uita tua pendens ante
te. et non credes uite tue. ita manifes
tius dixisset. crucifiges et pendere facies
ante dm tuum. et resurrexisse non
credes eundem auctorem uite tue. Lau
dabilis ergo prouidentia uerbi in eo quod per scrip
turam et mundo innotuit. et mundo
se se abscondit. talit eandem scripturam con
temperans. ut quasi liber signatus carnales
illius temporis oculos effugeret. et custo
diret uenturis spiritalibus quibus in suo
tempore utilit aperiri posset. Custodibus
suis statim mercede qualem cupiebant lar
ga manu dedit. sicut scriptum est. Et dedit
illis regiones gentium. et l. p. p. ut. c. i. ei.
et l. ei. r. atque ita factum esse. ut quam
uis pleriqs ipsorum in belles existerent. at
tamen pugnaturis in milicia uerbi di
arma ferrent. miroqs modo pugnatorum
longe post futurorum precursores atque
armigeri existerent. Hoc ipm preuidens
dns dicebat ad moysen. Feriam ergo eos pes
tilentia atque consumam. te autem faciam prin
cipem super gentem magnam. et forciorem quam
hec est. Denique et si non statim factum est moy
se interueniente. at nunc uidemus imple
tum. quia percussi sunt iudei et super aliam
gentem. scilicet super omnem scam ecclesiam
moyses princeps et magister reuelata facie
constitutus est.

De vii. capitibus draconis. qualis
in singulis eorum facies secundum scrip
turas agnoscenda sit. Quod
facies secundi capitis facies uituli
fuerit quod fecit aaron. et quomodo tunc
mulier in utero habens clamauit.
Quomodo tandem caput illud draconis exurre
xit sublatum ad tempus. quod moyses uitulum
contriuit. et quomodo tardatum fuit usque ad ie
roboam. quod. u. uitulos fecit. De iudi
cibus per quos dns. et populum ab ydolatria repres
sit et ab hostibus defendit uincente per eos
uerbo dei. De eo quod dns Ierusalem in ma
nus hostium tradebat. et non nisi clamantem
ad se liberauit. et quod clamores illius gentis cla
mores fuerunt mulieris in utero habentis.
Quam ob causam iudices illi quos susci
tabat eis ihc saluatores appellati sunt. uel
appellari debuerunt. De eisdem iu
dicibus quod xii. numero fuerint. et de aliis. xii.
iudicibus. scilicet apostolis. et quod sit illa sedes cum in cir
cuitu sedent. xxiiii. seniores.
Quare priores iudices in usu gladii iusti
ficantur qui posterioribus. i. apostolis inter
dicitur. Item de illorum iudicum labore.
siue laborioso certamine. Cur heli
ad ordinem uel numerum iudicum non pertineat.
cum et ipse iudicauit israel. annis xl.
Quod in eorum dicte iudicum gestis mysteria
xpi signata sint. et de eo quod xpc dei uerbum
uocatur apud ysaiam. accelera spolia detur
hec. festina predari. Quod huius uo